



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 18. Nicolai de Comitibus Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. dimissa Conjuge sua, coram Card.  
A. C. 1663. nate Antonio Barberino, ejurato L  
theri commento ad fidem Catholica reversus est.

## §. XVII.

*Joannes Carolus de Medices Card  
inalis mortuus.*

Ciacon. in  
vita Inno  
centii X.

Ineunte hoc anno die vigesima tert  
Januarii Florentiæ decepsit Joannes  
Carolus de Medices Cosmi II. Magi  
Etruriæ Ducis Filius, quem Inno  
centius X. ut se Mediceæ Familiæ ben  
volum exhiberet, absentem ac ceteri  
priorem Romana Purpura decoravit  
Alexander vero VII. ejusdem Succel  
for eundem unacum Friderico de Ha  
fia Cardinale Legatum decrevit, u  
Christinæ Suecorum Reginæ Roman  
properanti obviam procederet: Att  
git nonnisi annum ætatis quinquagel  
lum secundum.

## §. XVIII.

*Nicolai de Comitibus Cardinalis  
obitus.*

Ciacon. in  
vita Ale  
xand. VII.

Obiit pariter hoc anno Nicolaus de  
Comitibus Guidiis a Balneo: His  
cum Philippo Columnensi Principe in  
Hispaniam profectus, magno in ho  
nor

nore a Philippo IV. Rege habebatur, **Sæc. XVII.**  
inde vero Romam reversus, sub Gre- **A. C. 1663.**  
gorio XV. Papa Pontificii exercitus Du-  
ctor Vallem Telinam egregie defendit:  
Regnante autem Urbano VIII. Marchiæ  
Anconitanæ & Ferrariensis militiæ Præ-  
fectoram per septem annos summo cum  
applausu sustinuit. Inter hæc uxore  
sua orbatus, armis valere jussis, Cle-  
ricum induit, nihilominus tamen Papæ  
jussu exercitus contra fœderatos Italiæ  
Principes contracti curam, ac demum  
pacis Nuntium egit: Paulopost Athene-  
narum Archiepiscopus in Gallias Lega-  
tus decernebatur, ubi capto Cardinale  
Radesiano immunitatem Ecclesiasticam  
contra Aulicos strenue propugnavit,  
sibique Cardinalitiam dignitatem pro-  
meritus est: Eminuit rara pietate &  
prudentia, ac Senogalienensis Episcopus  
ab Alexandro VII. renuntiatus, suos  
proventus in Ecclesiæ decorem, & pau-  
perum levamen potissimam partem im-  
pendit, & quamvis dignitatis suæ splen-  
dorem ob inopiam ægre sustinere pos-  
set, nihilominus pretiosiorem suam  
suppellectilem, Palatium, & vineas  
vendidit, ut haustis inde pecuniis Cæ-  
sarem contra Turcas juvare valeret:  
tandem octogenarius die vigesima ter-  
tia Augusti Romæ mortalitatem exuit,  
in PP. Capuccinorum Templo sepultus.

*Hist. Eccles. Tom. LXIII. E §. XIX.*